

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,  
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &  
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque  
obeundi**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ, 1690**


Ignis Et Ligna Ad Victimam Holocausti Eucharistici.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](#)

mysterium, ac si eodem die Christus primum in uterum Virginis descenderet, aut in cruce pro salute mundi animam exhalareret. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

## IGNIS ET LIGNA AD VICTIMAM HOLOCAUSTI EUCHARISTICI.

**A**duerte I. Quemadmodum Elias Propheta zelosissimus Holocaustum & ligna antè perfudit aquâ, ac deinde fuisse ferventibus precibus ignem è cælo evocavit, qui holocaustum & ligna succendit. 3. Reg. 18. Ita fervens Sacerdos victimam suam quodammodo doloris & contritionis lacrymis antè riget, ac deinde precibus, suspiriis, & meditationibus amoris & devotionis ignem gratiâ divinâ adjutus excitet. Eo fine considerationes nonnullas subiecto, tanquam ligna quadam, quæ si vivâ fide apprehendantur, intentè ruminentur, atque ita expendantur, ut intellectus ea bene penetret ac perspiciat, ac luce Spiritus Sancti accedente mens influstretur, & ejusdem sacro calore dispo-



disponente voluntas incalescat, omni confidam fore. ut in meditatione exarcat ignis; & Sacrificans eodem accendatur. Ex his igitur indies, aut quotidianam facturus es foco tuo (memoria & intellectus) unum alterumve lignum (considerationem) appone, ne paulatim fervoris extinguatur: nam ut ait mon Proverb. 6. Cum defecerint, extinguitur ignis.

Adverte II. Ad pietatem augendam plurimum valere compositionem vel imaginationem loci: v.g. tempore Adventus Domini Nazarethanae, tempore Nativitatis Stabuli Bethlemitici, in quo con Beatisima Virgine, S. Josepho innumerique Angelorum multitudine Regem um stipante celebres: orationes preparatorias, gratiarum actionem, alias preces recites.

Adverte III. Semper præmittens psalmos præparatorios & orationes Missali vel Diurnali, ab Ecclesia ordinatas: quibus absolutis, pro temporis opportunitate & beneplacito ex sequentibus nonnulla addi poterunt. Per diem quod

que suspiria seu preces jaculatorias crebro emittere devotionem promovet: animum ad ignem divinum concipiendum disponit, conceptumque diutius fovendum adjuvat. Cumque sacrificium hoc omnium totius diei operum præcipuum, nobilissimum, præstantissimum ac divinissimum sit, in ejusdem preparatione et gratiarum actione adornanda merito sumus prolixiores.

## P R A X I S

Offerendi quadruplex sacrificium subliimes continens intentiones inde que usurpanda, vel brevius, vel prolixius, ut sequitur.

## I.

*Oblatio Sacrificii, quatenus est Latrentium, et dirigitur ad cultum et gloriam Dei omnipotentis.*

O Mnipotens sempiterne Deus, omni honore, amore & obsequio dignissime, ego N N. indignus famulus tuus, sacerdos tamen ordinatus & constitutus ad immolandam tibi hostiam laudis, coram te prostratus adoro, amo, laudo & bene-

P  
H. K. H.  
Prologi  
Lectio I.